vix dici poteſt, quam huic malo ſit ſingulare remedium; præmiſſis tamen univerſalibus, nec non venæ ſectione præcedente, præſertim in robuſtioribus.

SECTIO VI.

De

CATAPOTIIS SEU PILULIS.

PILULÆ ALOEPHANGINÆ noſtræ.

℞.	*Fol. Senæ elect. ſ. ſtip.*	Unc. iiij.
	Rad. Polypodii	Unc. j.
	Hellebori nig.	Unc. j.
	Troch. Alhandel	
	Cort. Arantiorum	
	Sem. Cymini	ana Unc. s.
	Herb. Abſinthii Pont.	
	Card benedict.	
	Chamæpytios	
	Veronicæ	ana M. j.
	Flor. Cordialium	
	Stæchad. Arab.	
	Centaur. min.	
	Chamomillæ	ana P. iij.

Craſſiusculè contuſa infundantur in vini Malvat. s.q. coquantur igne lento ad remanentiam tertiæ partis, deinde exprimantur fortiter & colentur; in Colaturæ Lib. ij. ſolve:

Aloes ſuccocitrinæ optimæ & perlucidæ. Unc. xvj.

Agitentur continuè in loco calido, usque dum in-spissentur; postea adde:

Spec. Diamosch. dulc.
Diambræ ana Unc. s.
Mag. Myrrhæ rub.
Mastichis
Croci oriental. ana Drach. iij.
Ol. Chamomillæ Rom.
Succini alb. rect.
Rorismarini
Cymini & Carui ana Drach. s.

Misc. & incorporentur, ut fiat justæ consistentiæ Massa pilularum.

Vires, Usus, Dosis.

AD omnia Capitis vitia & dolorem, Vertiginem, Hæmicraniam, Epilepsiam, Apoplexiam, & propriè conferunt. Visum roborant. Mentis vigorem conservant. Auditum amissum reparant. In Melancholiâ Hypochondriacâ cæterisque Melancholicis affectibus, Cancro, Elephantia, Quartana, Ictero nigro, &c. omnes tam Jecoris quam Lienis obstructiones reserando, sanguinemque mundificando, quam maxime valent. Stomachum quoque à crassis flatibus vitiosisque humoribus concoctionem juvando suaviter leniterque purgant, & omnia membra interna à putredine præservant. Dosis à Scr. j. ad Drach. j.

PILULÆ CATHOLICÆ.

℞. *Mass. pil. sine quibus*
Aurearum
Cochiæ ana Unc. s.
Ext. Hellebori nigri
Colocynthid. ana Drach. iij.
Tartari vitriolati

Scam-

Scammonii rosat. ana Drach. ij.
Sp. Vitrioli Scr. j.

Misc. & cum Ol. Sem. Fæniculi f. l. a. Massa pilularum: Et si adhuc essentia extractorum nimis liquida, fac ut Spiritus vini sufficienter lento calore ab illis evaporet; hoc etiam in reliquis compositionibus æque observandum est.

Vires, Usus, Dosis.

MAgnificè & citra molestiam alvum dejiciunt. Caput, Cerebrum, Ventriculum & Sensoria crassis, putridis, pituitosis, biliosis & tartareis humoribus & ventositatibus repleta, magna efficacia expurgant. Valent quoque ad Febres diuturnas, ad Podagram aliosque articulorum dolores, ad cataractam tinnitum aurium, &c. Visum clarificant & custodiunt, aciem oculorum exacuunt, eorumque obscuritati mire conferunt. Dosis à Gran. xij. ad Scr. j.

PILULÆ BENEDICTÆ.

℞. *Troch. Alhandel cum Sp. Sulphuris prius irrorat. & iterum exsiccat.*
Ext. Pil. Aloephang. nost.
Scammonii rosati ana Drach. j.
Sp. Vitrioli Scr. j.

Misc. & in mortario lapideo & cum pistillo lapideo & cum Aq. Benedict. Serpilli nost. fiat Massa; Ex qua postea cum Ol. Chamomillæ Rom. ex quolibet Scrupulo formentur pilulæ Nr. v.

Vires, Usus, Dosis.

OMnes humores implicatos à Capite, Ventriculo, Hepate, Splene, Visceribus & nervis, sufficienter evacuant. Dosis à pil. 3. ad 4. 5. vel 6. præsertim in robustioribus.

PILU-

PILULÆ FAMILIARES.

℞.	*Mass. Pil. Aloephang. nost.*	Unc. ij.
	Rad. Jalappæ resinos.	Unc. j.
	Acidi Tartari	Unc. s.
	Mag. Scammonii	
	Ext. Rhabarbar.	ana Drach. ij.
	Spir. Salis rect.	Drach. j.

Misc. & cum vino Malvatico f. Massa Pilularum; e qua postea cum Ol. Anisi vel alio conveniente formentur Pilulæ parvissimæ in modum Aloephang. quæ deaurentur fortiter.

Vires, Usus, Dosis.

IN Catarrhis exsiccandis, & obstructionibus reseandis, valde illustres, nec non ad varios Capitis, Stomachi, Lienis, &c. affectus, efficaces sunt. Cerebrum Ventriculum, Sensoria omnia, Viscera, pedetentim leniterque purgant, & ab humoribus crassis, putribus pituitosis, biliosis, & tartareis liberant. Insuper Sanguinem & Spiritus purificant. Concoctionem juvant, & appetentiam excitant. Dosis à Scr. j. ad Drach. i. quotidiè continuando, donec operationes desideratæ feliciter sequantur.

PILULÆ PROPRIETATIS.

℞.	*Mass. Pil. Aloephang. nost.*	Unc. iiij.
	Tartari vitriolati	Unc. j.
	Lact. Sulphuris	Unc. s.
	Ext. Lig. Aloes	Drach. j.

Misc. & cum vino Malvatico f. Massa; ex qua cum Ol. Sem. Fæniculi conficiantur pilulæ in modum Aloephangin. videlicet, quantitate majores vel minores, & sic quoque numero plures vel pauciores, prout occasio est; postea fortiter deaurentur & ad usum serventur.

Vires

Vires, Usus, Dosis.

CAput, Pectus, Hypochondria & Stomachum humoribus crassis, pituitosis, & putridis repleta, pedetentim quidem, sed radicitùs expurgant: Immò humores tartareos & corruptos in ventriculo immersos evacuant, & omnia membra principalia confortant & à putredine præservant. Præterea omnes fluxus seu catarrhos à cerebro ad subjectas partes delabentes exsiccant & consumunt. Concoctionem juvant. Appetentiam excitant. Virtutes naturales muniunt. Sanguinem & Spiritum clarificant. Mirificè adversus pestiferæ luis contagia populatim grassantia pollent; nec non Lumbricos tam in pueris quam adultis necant, suffocant atque deturbant. In Epilepsia, Apoplexia, Tussi, Asthmate, Phthisi, Hectica, Lue Venerea, Convulsione nervorum, Arthritide, Podagra, Sciatica, Venarum, viscerumque obstructionibus summoperè conducunt & à me ordinatæ sunt, potius ut confortent, quam ut alvum ducant: possunt tamen pro lubricitate alvi ad libitum sive manè, sive serò, sive quavis horâ diei, post cibum, ante cibum, in omnibus ferè morbis, præcipuè autem phlegmaticis & corrosivis usurpari. Tum quoque in omnibus febribus continuis & intermittentibus, ægris felicissimo successu offeruntur: Non solum enim alvum aliquo modo solvunt; sed etiam corporis vires restaurant atque refocillant. Dosis eadem observatur, quæ in pilulis Aloephanginis nostris.

PILULÆ ANODYNÆ.

℞. *Ext. Pil. Aloephang. nost.* Drach. iij.
Tartari vitriolat.
Laudani Opiat. nost. ana Drach. j.

Misc. & cum Conf. Alkermes in aq. Hypnotic. nost. diss. f. massa pilularum.

Vires

Vires, Usus, Dosis.

AD dolores acutos mitigandum & sedandum, to[illegible] siones placandum, somnum conciliandum, [illegible] Colica, Nephritide, Arthritide, Pleurisi, cæteris [illegible] morbis omnibus solùm excellunt; Et ipso Laudan[illegible] opiato longè tutiores sunt: Quia ratione Ext. [illegible] Aloephang. & Tartari vitriolat. additorum, non [illegible] mittunt constipationes, quibus post usum Laud[illegible] opiati per se exhibiti, ægrotantes communiter afficiu[illegible] tur. Dosis à Gran. xij. ad xv. Scr. j. & à Gran. xxv. [illegible] Drach. s. Harum enim pilularum Gr. xv. Laudani opi[illegible] Gr. 3. Scr. j. Laudani Gran. 4. Gr. xxv. Laudani G[illegible] Drach. s. Laudani Gran. 6. in se continent. Et sumu[illegible] tur vesperi eundo cubitum.

PILULÆ NARCOTICÆ.

℞. *Opii Thebaici Spagyricè præp. atq. extract.*	Drach. iij.
Spec. Diambræ	Drach. j.
Sal. Margaritar. or.	
Corallor. rub.	ana Drach. s.
Ext. Flor. Papav. errat.	
Croci orient.	ana Scr. j.
Lap. Bezoar. orient	
Oss. de Corde Cervi	ana Scr. s.
Moschi laudatiss.	Gr. v.
Ol. Caryophyllorum	
Cinamomi	
Majoranæ	
Succini alb.	
Carui	ana Gut. iiij.

Misc. & cum Conf. Alkermes in aq. Narcot. nost. diff. fiat massa pilularum.

Vires,

Vires, Usus, Dosis.

IN defectu Laudani opiati, pilulis hisce felicissimè utimur; quibus etiam honorem frequentissimè consecuti sumus. Dosis à Gran. iij. ad iiij. v. vel vj. hora dormitionis.

PILULÆ CEPHALICÆ.

℞.	*Scammonii rosat.*	Drach. iij.
	Ext. Pil. Cochiarum	
	Hellebori nigr.	ana Drach. js.
	Tartari vitriolat.	
	Spec. Diambræ	ana Drach. s.
	Ol. Succini alb.	
	Majoranæ	ana Scr. s.

Misc. & fiat l. a. Massa pilularum; Ex qua posteà cum Ol. Fæniculi formentur pilulæ.

Vires, Usus, Dosis.

CAput, Cerebrum, sensusque omnes, Ventriculum, Uterum & alia viscera à fragidis, crassis, serosis, pituitosis & putridis humoribus mirificè expurgant, & in articulorum & Colicis doloribus, &c. valdè celebres sunt. Dosis à Scr. j. ad Drach. s.

PILULÆ SENECTUTIS.

℞.	*Ext. Melissæ*	Drach. iij.
	Spec. Diamosch. dulc.	Drach. js.
	Succini alb. præp.	Drach. j.
	Margarit. trochiscat. nost.	
	Ambræ grisea	ana Scr. j.

Misc. & cum conf. Alkermes in aq. Lil. Convall. diss. f. Massa pilularum; ex qua postea cum Ol. Caryophyllorum & Majoranæ ana s. q. formentur pilulæ ad quantitatem Cicerum, quæ deaurentur.

Vires,

Vires, Usus, Dosis.

VIgiliis senum & illorum, qui in summis curis ve
santur, medentur: Animi tranquillitatem ach
ritatem præstant; nec non ad pellendas curas valdè
les sunt. Dosis à pil. 3. ad 4. vel 6. sub noctem.

PILULÆ SMARAGDINÆ.

℞.	*Smaragd. præp.*	Drach. ijs.
	Sulph. Lunæ sicci	Scr. ij.
	Hyacinth. præp.	Drach. s.
	Mag. Perlar. orient.	
	Corallor. rub.	ana Scr. j.

Misc. & cum Syr. Cort. Citri Moschat. f. Massa pi
larum; ex qua posteà cum Ol. Anisi formentur pilu
parvæ, quæ argento puro obducantur.

Vires, Usus, Dosis.

SOmnia gravia & terribilia, (quæ aliàs valdè debi
tant) arcent & somnum inducunt; Venenis re
stunt, & in confortandis spiritibus vitalibus t
tiusque corporis plurimum valent. Dosis horâ som
Scr. j.

PILULÆ ODONTALGICÆ.

℞.	*Opii Thebaici*	Drach. j.
	Camphoræ	
	Sem. Staphid. agriæ	
	Zingiberis alb.	
	Piperis longi	
	Gallar. Turc.	
	Cretæ albiss.	
	Aluminis usti	ana Drach. s.
	Rad. Peucedani	
	Hyoscyami	
	Urticæ min.	ana Scr. j.

Sp. Sa.

Spec. Salis Nitri q. s. ad perfectam acetositatem.

MIsc. diligenter, & cum Balsamo Odontalg. nostro f. l. a. Massa pilularum; Ex qua posteà cum dicto etiam balsamo formentur pilulæ oblongæ alterutra sui parte in acumen desinentes.

Vires & Usus.

IN usu quotidiano pro secreto habemus: perforatis enim & concavis dentibus impositæ, acutissimum dolorem confestim & ex tempore solvunt.

PILULÆ DE CALCE VIVA.

℞.	*Calcis vivæ*	Drach. j.
	Farin. Siliginis	
	Piperis long.	
	Cort. Granator.	
	Gallar. Turc.	ana Drach. s.
	Sem. Hyoscyami	
	Caryophyllorum	
	Opii Thebaici	
	Aluminis usti	ana Scr. j.

Misc. & cum suc. inspiss. rad. Pyrethri fiat Massa pilularum; Ex qua postea cum Ol. Origani Cret. & Camphoræ æna s. q. fingatur pilulæ oblongæ.

Vires & Usus.

DEntibus dolentibus impositæ subitò medentur, firmiores eos reddunt, Vermiculos in eorum cavernis delitescentes enecant, nec non fluxiones omnes ad gingivas lapsas extrahunt.

PILULÆ ODORIFERÆ.

℞.	*Styracis calamit.*	Drach. ij.
	Assæ dulcis	Drach. j.
	Rad. Ireos	Drach. s.

Gallia Moschat.
Santali citrin. ana Scr.j.
Ol.Stil.Rosar.veri Scr. s.

Misc.& cum modico infusionis tragacanth.cum a Cinamomi fact. fiat Massa, de qua formentur pilulæ d tibus excavatis imponendæ.

Vires, Usus, Dosis.

FAetorem dentium excavatorum relegant ; nec n immissæ & retentæ, suavissimum & dulcissimum f untanhelitum.

PILULÆ DE ORIGANO CRETICO.

℞. *Origani Cretici* Drach. j.
Gallia Moschat. veræ
Cassia ligneæ
Lig.Aloes
Santali citrin.
Ireos flor. ana Drach. s.
Styracis calamit.
Assæ dulcis
Caryophyllorum
Galang.min.
Nuc.Moschat.
Cubebarum
Macis ana Scr.j.

Misc.& cum Conf.Alkermes in aq.Majoranæ diss Massa pilularum, ex qua posteà cum Ol.Stil.Rosar.&C namomi ana s.q.formentur pilulæ ad quantitatem cic rum.

Vires, Usus, Dosis.

FActa purgatione, & præmissis universalibus, de h pilulis 3.vel 4.assumptæ, mirabiliter fætorem oris n nasi, sive per conscensum à Cerebro, sive à Stomacho or tum,

tum, emendant, corrigunt, & anhelitum gratiorem & jucundiorem reddunt. Insuper ventriculum confortant, & concoctionem juvant.

PILULÆ ROSATÆ.

℞. *Scammonii rosat.* Unc.s.
Mag. Jalappæ
Turbethi ana Drach. ij.
Tartari vitriolat. Drach. j.
Ol. Stil. Rosar. veri Scr.s.

Misc. & cum Sp. Rosar. f. pilulæ ex quolibet Scrupulo Num. 9.

Vires, Usus, Dosis.

VAlentissimè bilem dejiciunt, quam à sanguine exhauriunt: nec non crassam lentamque pituitam vacuant, atque hanc à Ventriculo, Thorace, nervis ac remotioribus artubus educunt. Dosis à Scr. j. ad Drach. s. & Scr. ij.

PILULÆ POLYCHRESTÆ.

℞. *Ext. Polychrest. nost.*
Scammonii rosat. ana Unc. s.
Tartari vitriolat. Drach. j.

Misc. & cum Spir. Anisi f. l. a. Massa pilularum, ex qua posteà cum Ol. Majoranæ fingantur pilulæ.

Vires, Usus, Dosis.

QUòd ad quamplurimos totius corporis affectus maximè sint utiles, & omnes ferè purgent humores, polychrestæ appellantur: Quapropter ad complicatas & diuturnas Febres, Quartanas, Melancholiam, Apoplexiam, Epilepsiam, variosque Capitis, Oculorum, Ventriculi, Splenis Jecinorisque morbos valdè probantur: Ex iis enim pituitam & utramque bilem efficaciter expurgant. Adversus Podagram & Arthritin etiam insigniter prosunt. Dosis à Scr. j. ad Drach. s. & Scr. ij. præsertim in robustioribus.

PILULÆ MELANAGOGÆ.

℞.	*Maſſ. Pil. Indarum*	Unc.s.
	Lap. Lazuli præp.	
	Scammonii roſat.	ana Drach. ij.
	Ext. Troch. Alhandel	
	Hellebori nigri	
	Jalappæ	ana Drach. js.
	Eſſ. Fol. Senæ Alexand.	
	Hyperici	ana Drach. j.
	Croci oriental. præp.	
	Epithymi	ana Drach. s.
	Spicæ Indicæ	
	Caryophyllorum	ana Scr. s.

Miſc. & cum Conf. Alkermes in aq. Roſarum diſſol fiat Maſſa pilularum; Ex qua poſteà cum *Ol. Citri* t mentur pilulæ.

Vires, Uſus, Doſis.

UT per has pilulas humanus intellectus quaſi dep ditus reſtauretur, ſecretiſſimè teneantur: Pro enim valent ad mentis alienationem, Maniam, Mel choliam, & inde ortum timorem. Item, ad omnia vi ex humore melancholico nata; Cancrum nimirum, I pram, Elephantiaſin, Quartanam, Icterum nigrum, ex tio Lienis procreatum, conferunt. Sanguinem inſig ter defecant, & ſeroſa excrementa ita largiter evacuant, omnes hisce utentes ſemper tam mentis quam corpo ſanitatem recipiant. Doſis à Scr. j. ad Drach. s.

PILULÆ HYDRAGOGÆ.

℞.	*Turbith. mineral. veri*	Unc. s.
	Ext. Hellebori nigri	
	Colocynthid.	ana Drach. iij.

Rha-

Rhabarbar.
Elaterii ana Drach.ij.
Mag.Corallor.rosat.
Hyacinth.præp. ana Drach.js.
Croc.Metallor.Absinthiac.
Gum.de Peru rosat.
Spir.Vitrioli dulc. Drach.s.

Misc.& cum Ol.Macis, Caryophyllorum, Cymini & Cinamomi ana f.q.f.l.a. Massa pilularum; Ex qua posteà cum Ol.Chamomillæ formentur pilulæ.

Vires, Usus, Dosis.

IN Cachexia, Hydrope, Scabie, Serpigine, Impetigine, Pruritu, &c. Catharticum est stupendum, immò specifficum: Crassos enim & serosos humores expurgat, & visscera nutritionis corroborat. Præterea in Podagra, Icteritia, Lue Venerea, cujuscunque etiam speciei, gradus atque ætatis; nec non in omnis generis inveteratis & pessimis ulceribus, Lupo, Cancro, Fistulis, & hujus ordinis aliis: Item in omnibus Febribus continuis & intermittentibus remedium est appropriatum. Dosis à Scr.s.ad Scr.j.plus minusve. Exhibeatur autem bis in hebdomade, si vires ferant.

PILULÆ SPLENETICÆ.

℞. *Gum.Ammoniaci in aceto squillitico dissolut. & ad justam consistentiam coct.* Unc.j.
Chalybis cum aceto Tamarind.præp.
Ext.Rad.Filicis ana Unc.s.
Tartari Vitriolat.
Aloes non lotæ ana Drach. ij.
Mag.Myrrhæ rub.
Mastichis ana Drach.j.

Sal. Absinthii
Scolopendr.
Centaur. min. ana Drach. s.
Sem. Fraxini
Croc. orient. ana Scr. j.

Misc. & cum Suc. Fumariæ inspiss. f. l. a. Massa pilu-
rum, quæ conservetur in aluta madefacta Ol. Bentzo
posteà tempore usus cum Ol. Rorismarini formentur
lulæ.

Vires, Usus, Dosis.

IN omnibus deploratis Lienis & Jecinoris obstruct
nibus & doloribus miranda præstant; Splenem e
modestè aperiunt & confortant, nec non (præmissis
men universalibus, videlicet, Medicinis attenuantibu
alvum subducentibus) ejus duritiem, tumorem & diut
num scirrhum pedetentim & sine molestia tollunt. I
bent etiam ante & post harum pilularum usum clyst
& super locum affectum fomentationes adhiberi. D
à Scrup. j. ad Drach. s. mane seu vesperi ratione morb
complexionis.

PILULÆ DULCES.

℞. *Sac. Glycyrrhiz. in aq pectoral. nost. dissol. co*
& ad justam consistentiam iterum c
Unc. s.
Spec. Diasaturni nost.
Diasulphuris nost. ana Unc. s.
Ext. Rad. Myrrhidis
Sachari candi alb. ana Drach. ij.
Flor. Bentzoin.
Sem. Cydoneor. ana Drach. j.

Misc. & cum Diacodio crocat. nost. fiat l. a. Massa
lularum, ex qua postea cum Ol. Anisi & Fæniculi forme
tur pilulæ.

Vires

Vires, Usus, Dosis.

IN Catarrhis & morbis pectoralibus, utpote Tussi, Asthmate, Dispnæa, Orthopnæa, Phthisi, Hectica, Pleuridite, &c. commendare voluimus. Dosis à Scr. j. ad Drach. j. manè & vesperi.

PILULÆ PERUVIANÆ.

℞. *Mag. Gum. Peruviani opt.*
Ext. Panchimag. nost. ana Drach. vj.
Acidi Tartari Drach. js.
Spir. vitrioli rect. Scr. j.

Misc. & fiat s. a. Massa, ex qua postea cum Ol. Chamomillæ Rom. formentur pilulæ, ex quolibet scrupulo, Num. V.

Vires, Usus, Dosis.

AD humores serosos & crassos evacuandum in Cachexia, Hydrope, Arthritide, Scabie, Icteritia, obstructionibus Hepatis & Lienis, &c. item in Febribus quotidianis & tertianis, hisce quotidiè tanquam experta medicina utimur felicissimè. Dosis à Scr. j. ad Drach. s. & Scr. ij. præsertim in robustioribus.

PILULÆ TEREBINTHINÆ.

℞. *Terebinthinæ Cypriæ in succo Limonum lotæ* Unc. js.
Suc. Portulacæ inspiss. Drach. vj.
Ext. Rad. Glycyrrhiz.
Rhabarbari
Tartari vitriolati ana Drach. iij.
Spong. in arbusto Rosar. sylvest. natæ
Oss. Mespilor. ana Drach. js.

Sal. Succini alb.
Nitri præp. ana Drach. j.
Mag. Lap. Percar. pisc.
Oc. Cancri ana Drach. s.

Misc. & f. l. a. Massa pilularum; Ex qua posteà cum Citri rect. formentur pilulæ.

Vires, Usus, Dosis.

MIrum in modum ad frangendum Renum calculos & ciendas urinas conveniunt, præcipuèque cardioribus naturis conferunt; Tartarum enim & arenulas ad miraculum usque expellunt. Gonorrhæam & idem nus alia curant; nec non Hepatis Lienisque obstructiones liberant. Dosis longè à cibo à Drach. s. ad Drach. j.

PILULÆ STIPTICÆ.

℞. *Suc. Glycyrrhiz. ext.* Unc. s.
Spec. Diaplantaginis
Diamartis ana Drach. iij.
Laudani opiati Drach. ij.
Fung. Betulini
Coag. Leporis
Camphoræ ana Drach. s.
Ung. Equi ustæ
Sandaracæ
Olibani ana Scr. j.

Solvatur succus Glycyrrhiz. in vino granatorum, & f. l. a. Massa pilularum; Ex qua posteà cum Ol. Nuc. Moschat. & Caryophyllorum formentur pilulæ in modum cicerum, quæ deaurentur.

Vires, Usus, Dosis.

OMne alvi profluvium à quacunque causa ortum cohibent, & sanguinem à quacunque parte emanantem

tem coercent; nec non uterinos fluores omnes sistunt, placideque compescunt, dolores mitigant, & somnum inducunt. Dosis à Scr.j. ad Drach.s. vesperi eundo cubitum.

CICERA TARTARI.

℞. *Terebinth. Cypriæ in aq. Violarum lotæ & in eadem ad justam consistentiam coct.* Unc.ij.
Acidi Tartari Unc.j.
Spec. Dia Ireos simpl. Drach. ij.
Nitri præp. Drach. j.

Misc. & manus immittendo in aquam violarum frigidam, formentur pilulæ ad quantitatem Ciceruum.

Vires, Usus, Dosis.

FEliciſſimè utimur in omnibus ægritudinibus tartareis, à craſſiore materia genitis: Hinc per experientiam cognoviſſe licuit, quosdam harum pilularum usu instantes dolores podagricos adeò præcaviſſe, ut iidem aliquot annis non vel tardius redierint, aut in quibusdam mitius saltem afflixerint, & citiùs deſierint. Commendabiles quoque sunt in omnium viſcerum & venarum obstructionibus, Hemicrania, Icteritia, Contracturis, Hydrope, Febribus, Menſium retentione, &c. Calculos Renum & Veſicæ (ipsum Ventriculum & proximè vicina membra non solum levando, ſed & iisdem singulare robur suggerendo) communiunt atque expellunt. In Asthmate, Tussi, Phthisi, &c. aliisque morbis pectoralibus, harum pilularum usus etiam valdè celebris est. Interdum per sudores & urinas operantur, prout natura ægri in hanc vel illam pronior fuerit aut propensior. In præservatione Dosis singulis Lunæ quadris à Drach. s. ad Drach. j. in curatione autem quotidiè manè in aurora à Drach. j. ad Drach. js.

PILULÆ DE SANDARACA.

℞.	*Sandaracæ elect.*	Unc. s.
	Ext. Polypodii	
	Tartari albi	ana Drach. ij.
	Succini alb. præp.	
	Piperis nigri	
	Aluminis rochæ	
	Sarcocoll. rub.	ana Drach. s.
	Laccæ ablutæ	
	Nitri præp.	
	Aristoloch. rot.	
	Sem. Rutæ sylvest.	
	Petroselini	ana Scr. j.

Misc. & cum suc. inspissat. Centaur. min. f. massa pilularum, & ex quolibet scrupulo formentur pilulæ duæ, quæ deaurentur.

Vires, Usus, Dosis.

PIngues extenuant, nec non omnem carnositatem præter naturam corpori humano additam attenuant. Detur autem omni die pilularum una, quando surgit de lecto.

PILULÆ DE SABINA.

℞.	*Sal. Herb. Sabinæ*	p. ij.
	Ol. Stil. ejusd.	p. j.

Mixta hermeticè sigilla, & igne philosophico coquat, donec lapidis duritiem acquirant, postea

℞.	*Mass. Pil. Aloephang. nost.*	Unc. js.
	Lapidis hujus præparat.	Unc. j.
	Borrac. Venet.	Drach. iij.
	Ext. Spec. Dialaur. nost.	
	Flor. Centaur. min.	
	Herb. Sabinæ	ana Drach. s.

Cro-

Croci orient. Scr. j.

Misc.& cum Ol.Bac.Juniperi f.l.a.Massa pilularum,ex qua postea cum Ol.Cinamomi & Macis formentur pilulæ.

Vires, Usus, Dosis.

ADeò feliciter obstructiones uterinas reserant, mensesque retentos copiosè movent, ut meritò inter arcana medica,muliebria cientia,primas obtineant. Dosis manè& vesperi à Scr.j.ad Drach.s.

PILULÆ UTERINÆ.

℞.	*Mass. Pil. Aloephang.*	Unc. j.
	Fæc. Bryoniæ	Drach. j.
	Sal. Jovis Anglici	
	Matris Perlar.	
	Corallor. rub.	ana Drach. s.
	Ext. Castorei veri	
	Callor. Equar.	ana Scr. j.
	Ol. Anglicæ	Scr. s.

Misc.& f.l.a.Massa pilularum,ex qua postea cum Ol. Succini rect. formentur pilulæ, quæ deaurentur fortiter.

Vires, Usus, Dosis.

SPecificum & peculiare est medicamentum ad uteri strangulatum : Fœminas enim hysterico pathemate quasi suffocatas feliciter excitat. Dosis à Scr.j.ad Drach.s. auroris aliquot continuis.

SECTIO